



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. De gravimibus, quæ Prælatialique Ecclesiastici inter lum inferre solent religiosis?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

ficali, & sacerdotali, & ab Episcopatu: administratione amoveri *cap. ex literis 10. h. 1.* Quintò excedunt graviter, si sacerdotales sibi subiectos cogant ad revelandam penitentiam, vel peccatum in confessione auditum. *cap. dilectus 13. h. 1.*

## §. II.

*De quibusdam specialibus excessibus seu delictis Prælatorum Episcopo inferiorum.*

**I**n genere dici potest, prohibitum esse inferioribus Prælati, ne violent & turbent jurisdictionem superiorum; & hinc primò sine consensu Episcoporum non possunt inferiores Prælati unire Ecclesias sibi subiectas *c. sicut 8. h. 1.* Secundò non possunt cognoscere de causis matrimonialibus; neque possunt penitentias publicas, & solemnes imponere, nec possunt indulgentias concedere &c. *juxta cap. accedentibus 12. h. 1.* nisi specialiter privilegium, aut concessio, vel præscripta legitimè consuetudo, majorem illis etiam circa hæc facultatem concedant, aut omnimodam & plenissimam jurisdictionem in Clerum suum, & populum habeant Abbates à jurisdictione Episcopi plenissimè exempti, & nullius diocesis.

## §. III.

*De gravaminibus, quæ Prælati alique Ecclesiastici interdum inferre solent religiosi?*

**P**lura de hac materia legi possunt in *cap. nimis iniqua 16. h. 1.* ubi quindecim ejusmodi gravamina enumerantur;

& in *cap. nimis prava 17. h. 1.* quod duodecim gravamina enumerantur, quæ Minoribus & Prædicatoribus inferuntur; & in *Clementin. frequens 17. h. 1.* ubi 30. talia gravamina afferuntur.

## §. IV.

*De excessibus seu delictis Prælatorum in Prælatos, seu inferiores suos?*

**D**elinquunt inprimis in Prælatos suos subditi, si violentè illis illis lata, prout constat ex *cap. unum 11. h. 1.* Secundò delinquunt, qui cum Clerici subditi sint, Prælatum tamen, seu Episcopum suum, negant esse dominum suum, sive verbo, sive facto id agunt, vel ad sæcularem judicem in causa legitimi trahunt, aut consilium præbere adversariis ejusdem contra ipsum. *cap. gravamen 15. h. 1.* Tertio delinquunt Clerici subditi privati, & singulares sine consensu superioris communitatis gillum Collegij habent, eoque utuntur. *cap. dilecta 14. h. 1.* Quarto delinquunt etiam Vicarij Ecclesiarum, si per vim Ecclesiasticam sibi usurpent curiam, & juramentum præstent. *cap. dilecta 6. h. 1.* Quintò prohibetur in titulo Clericis, ne de gravibus criminibus publicè glorientur. *cap. quam 11. h. 1.* Sextò denique prohibetur sub gravibus penis in Clericos degradationis, & excommunicationis in Laicos, cum nefandum, propter quod ira Dei vertitur in filios diffidentie (sive de quorum salute diffidendum est) & quinque crimines igne consumptæ.